Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

um perhi
bebit de
me. Et u
vos testi
monium
phibebitis.
qr ab inicio
mecu estis.

Tamquam dicat. odio
me habent. & occiderunt
videntes. sed tale de
me perhibebit testimoni
um phibebit. ut e
os faciat in me cre
dere non videntes. Et
quia ille phibebit.
& vos phibebitis. unde
sequitur. Et vos te
stimonium phibebitis.
Ille cordibus vestris in
spirando. Vos voci
bus vestris sonando.
Unde potius predicare
quod nostis. quia
ab inicio mecum estis. Quod modo non facitis. quia illius spiritus plenitudo nondum
adest vobis. Dabit enim vobis fiduciam
testimonium phibendi. caritas dei diffusa
in cordibus vestris per spiritum sanctum qui dabitur vo
bis. Ille quippe testimonium phibens et
testes fortissimos faciens. abstulit ami
cis Christi timorem. & inimicorum odium
convertit in amorem. Didimus. Spiritum a
sanctum venientem consolatorem dicit. ab
operacione ei nomen imponens. quia non
solum eos quos se dignos [illegible] esse repperit
rerit. ab omni perturbacione reddit
alienos. sed incredibile quoddam gaudi
um eis tribuit. Sempiterna quippe leti
cia in eorum corde versatur. [illegible] quorum spiritus sanctus
inhabitatorem. Iste spiritus consolator a filio
mittitur. non secundum angelorum aut prophetarum.
ministerium. sed ut mitti debet a sapiencia
& virtute spiritum dei. individuam habentem cum
eadem sapiencia & virtute naturam. Etenim
filius missus a patre non separatur neque
distinguitur ab eo. manens in illo &
habens ipsum in semetipso. Quem spiritus veritatis
supradicto modo missus a filio. de patre egre
ditur. non aliunde ad alia transmigrans.

Quomodo enim pater non consistit in loco cum
ultra omnem corporum sit naturam. ita & spiritus
veritatis nequaquam locorum fine clauditur. cum
sit incorporalis. & excellens universam cre
aturarum essenciam. Crisostomus. Ipsa non vero spiritum
sanctum. sed spiritum veritatis. eum vocavit ut
ostendat quod erit fide dignus. Dicit autem
quod a patre procedit. quia omnia certissime
novit quam admodum ipse ait de se ipso. quoniam no
vi unde venio & quo vado. Didimus.
Sed cum posset dicere a deo. sive omnipoten
te. non horum tetigit. sed ait. a patre. non quod
pater a deo omnipotente sit sed aliud. sed secundum
proprietatem patris & intellectum parentis egredi
ab eo dicit spiritum veritatis. Contente autem fi
lio spiritum veritatis. simul mittit & pater. cum
eadem voluntate patris & filii & spiritus veni
at. Theophilus. Et alias quidem patrem dicit
mittere spiritum. nunc autem cum se missu
rum dixit. equipollenciam denotat.
Ne autem censeret vertat contra patrem ve
nire ab alia potestate transmittens spiritum.
addidit. a patre. quasi acceptante patre & pater
destinante. Cum autem audis quod procedit
ne intelligas processum missionem esse illa
tam ex exterius qua mittuntur administra
torum spiritus. sed quandam differens & excepte
actionis proprium processum appellat unum prin
cipalis sanctum attributum. Originalem enim
consistencia spiritus est processus. Non igitur proce
dere permittere simundum est. sed ex patre na
turalem essenciam obtinere. Augustinus. Hic
aliquis forsitan querit utrum & a filio
procedat spiritus sanctus. filius enim solius patris est fi
lius. & pater solius filii est pater. Spiritus autem
sanctus non est unius eorum spiritus. sed amborum.
quoniam quidem dicit ipse Christus. Spiritus patris vestri
qui loquitur in vobis. Et dicit apostolus.
misit deus spiritum filii sui in corda nostra.
Nec ob aliud existimo ipsum proprie vocari
spiritum. cum & si de singulis interrogemur.
non possumus nisi & patrem & filium

de spiritu sancto